Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ga ordini illi ubi se extorquentibus diceret salua me.
aut ille econtra salutem ei negando imagina
rię hoc responso obuiaret. unde te saluare
possum. de area an de torculari. sed mystico
intellectu hoc ita accipe. quod scriptura sacra.
dum iudaici sacerdotii perfidiam. quam intus
gerebat. insinuare uoluit. dicta per ueritate
rei. i. per factis posuit. Sequens littera exprimit.
quomodo iudaicus populus repulsam dei me
ruerit. scilicet propter hoc utique quod filium dei crucifix
erunt. et per illam inuidiam quam erga salutem gen
tium habuerunt. sunt repulsi. sed tamen quandoque
in fine mundi reuocandi. Sic enim littera continet.
Dixitque ad eam rex. Quid tibi uis. Quę respon
dit. Mulier hęc dixit mihi. Da filium tuum ut
comedamus eum hodie. et filium meum come
demus cras. Coximus ergo filium meum et come
dimus. Dixique ei die altera. Da filium
tuum ut comedamus. Quę abscondit
filium suum. Duę mulieres
istę. typum synagogę
gerunt et ecclesię. Per mulierem quę filium
suum consumpsit. synagoga intelligitur.
per illam quę filium suum abscondit. ecclesia de
gentibus figuratur. VR. Notandum quod de utrisque
scriptura refert. quod ad comedendum filios suos
conuenerint. de una quidem legitur. quod sicut
proposuerat. filium suum comedit. de altera
autem dicitur. quod filium suum abscondit. Hoc ita in
telligi potest. quia ante conditoris agnitionem
utrique populi iudeorum uidelicet et gentium sub perdi
tione constituti erant. nec hii qui aliis uide
bantur preesse. subiectę plebi ad salutem nouerant.
uel poterant prodesse. Una autem mulier. infelix
synagoga. uidelicet in aduentu saluatoris. dum
iam oportunum fuisset. quod filium suum qui
fuit iudaicus populus in maturam etatem et in ui
rum perfectum. per doctrinam eiusdem redemptoris
enutrire et educare potuisset. incendio perfi

dię suę eum coxit atque consumpsit. quia car
nales cerimonias ei tantum preponendo. et nouę
legis gratiam spernendam esse docendo. ad perpetuę
dampnationis interitum. exemplo suo secum
traxit. Consumpto itaque filio suo. magnum in
uidię perpessa tormentum. altera die. i. post resur
rectionem desiderauit. ut et filius gentilitatis eodem
perfidię incendio consumeretur. i. ne ad fidei sacra
mentum perueniret impediret. Sed ecclesia de gentibus
diuinitus inspirata. et per redemptoris sui gratiam
ab idolorum sordibus emundata. filium suum. i. populum
quem per fidem genuit. sub confessione eiusdem uerę
fidei abscondere et defendere studuit. Cernens
itaque [illegible] synagoga peccatricem quondam de
gentibus [illegible] ecclesiam. ad dei culturam esse assump
tam. egre [illegible] hoc ferens. contra ipsum dominum nostrum
ihesum christum graui indignatione commota. seui
re cepit. nam malicię trabe tenebratum cordis
oculum habens. semper gentium saluti inuidit.
Unde et rex ille de quo prefati sumus. ordo uidelicet sacer
dotalis. subiectam synagogam salutem quodammodo ab
eo querentem interrogat dicens. quid tibi uis quod idem
est. ac si ipse perfidus et incredulus. perfido et inui
dioso populo. quasi iam diffidens dicat. quid nam
sit quod sperare debeant. quia per illam inuidiam qua
inuiderunt populo gentili. ad ipsius etiam filii dei
odium proruperunt. et propter condescensionem mise
ricordię. contra ipsam misericordiam conflixerunt. Sed numquid
hereditatem suam dereliquit in finem. Minime.
Ueniet enim quandoque tempus. ut mystica ueritas
te compleatur. quod continet scriptura huius textus.
Quod cum audisset inquit rex. scidit uesti
menta sua et transiebat super murum. Futurum est
inquam. ut rex iste. qui nunc obduratas cordis
aures habet ad audienda et intelligenda
nouę legis gratiam cor apiat. et factum mulieris
huius. ecclesię scilicet. quę filium suum abscondit. sa
pienti et utili facto synagogę suę. quę suum
absorbuit. in ueritate agnoscat et intelligat.
Tunc enim uestimenta sua scin